



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallebart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Motvs Proprivs S. D. N. D. Pii, Divina Providentia Pap. IV. Per quem deputantur octo Reuerendis. Cardinal. qui faciant obseruari reformationes ab ipso editas, nec non decreta sacri, œcumenici, & ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

tionibus & ordinationibus Apostolicis; aliisque in contrarium fa-  
cientibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc  
paginam nostrae declarationis, definitionis, mandati, statuti, & de-  
creti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc  
attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac bea-  
torum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum. Dat.  
Rom. apud S. Petrum; Anno incarnationis Domini Millesimo quin-  
centesimo sexagesimo quarto; Quintodecimo Kalend. Augusti,  
Pontificatus nostri an. 5.

*Fed. Card. Casini.*

*Ca. Glorierius.*

*H. Cuius.*

Registrata apud Caesarem Secretarium.

ANNO à Natiuitate Dom. Millesimo Quingentesimo Sexagesi-  
mo quarto, Indictione septima, die vero vigesima mensis Iulij, Pon-  
tificatus Sanctiss. in Christo Patris & Domini nostri, Domini Pij, di-  
uina prouidentia Papae IV. anno quinto, retrospectae litterae affixe,  
lectae, & publicatae fuerunt in vauis Basilicarum Principis Aposto-  
lorum de Vrbe, & S. Ioan. Lateran. necnon Cancellariae Apostol. &  
in Aede Campi Florae, per nos Iacobum Carra, & Iulium Parinum,  
Praelibati S. D. N. Papae Cursores.

Autentici Clerici Magister Curforum.

**MOTVS PROPRIVS S. D. N. D. PII,  
DIVINA PROVIDENTIA PAP. IV.**

Per quem deputantur octo Reuerendis Cardinal. qui fa-  
ciant obseruari reformationes ab ipso editas, nec non  
decreta sacri, oecumenici, & General. Concil. Trident.

**PIVS PAPA IV.**

**M**OTV proprio, &c. Alias Nos nonnullas constitutiones  
& ordinationes, reformationem maioris Penitentia-  
rij, ac sacrae Poenitentariae nostrae, ac Vicarij nostri,  
ac eius officij, necnon Camerarij & Camerae Apo-  
stolicae, ac illius causarum Auditoris, necnon palatij  
Apostolici causarum Auditorum, ac Gubernatoris,  
& Capitolinae curiarum, & Contradictarium, aliorumque almae Vr-  
bis nostrae ac Romanae Curiae tribunalium & officiorum concernen-  
tes, edidimus: quae tamen (vt intelleximus) ab eorundem offi-  
ciorum & tribunalium praefectis ac officialibus minus diligenter  
obseruantur. Cum autem curiae nostrae voluntatis sit, illa, vt  
Kkk 2 & pari-

Concil. Trid.  
cū declarant.

In auctoritate  
nostra

& pariter decreta sacri Concilij Tridentini, in his quæ ad eorum officia spectant, ab eisdem omnino obseruentur: Nos propterea considerantes, parum esse iura condere, nisi sint qui ea executioni demerari faciant; & in præmissis, prout ex debito pastoralis officij nobis (meritis licet imparibus) iniuncti obligamur, salubriter, & vultus providere, præfatasque constitutiones & ordinationes, ac decreta Concilij, quas & quæ hic haberi volumus pro expressis, inuoluntate obseruari volentes: Venerabili Fratri nostro Ioanni Episcopo Tusculan. Morono, Ioan. Michaeli S. Anastasiz Saraceno, ac Io. Baptista S. Clementis Cicada, necnon Michaeli S. Sabinae Alexandrino, Clementi S. Mariæ in Ara celi, & Ludouico S. Cyriaci in Theonibus Simonetæ, ac Carolo S. Martini in montibus Borromæo presbyteris, necnon Vitellorio S. Mariæ in Porticu Vitellio nuncupatis, tutorum, diacono, Cardinalibus committimus & mandamus quatenus ipsi, seu eorum maior pars, coniunctim vel diuisim, eorum auctoritate, etiam tamquam executores dictarum litterarum, constitutionum, & decretorum prædictorum, constitutiones, & ordinationes, ac decreta præfata iuxta tenores eorum, ac litterarum desuper constitutarum, per quoscumque Pœnitentiariæ, Vicarij, & Cameræ, ac Rota curiarum, ac tribunalium prædictorum iudices & officiales, sub excommunicationis lætæ sententiæ, ac priuationis officiorum & officij eisdem Cardinalibus bene visis, etiam pecuniarum, eo ipso necesse, si minus obseruari faciant & cum effectu: nisi tam in executione dictorum Concilij, quam dictarum litterarum nostrarum aliqua dubietas aut difficultas emerit: quo casu ad nos referamus inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, ac eos, qui litteris & decretis prædictis, & eorundem Cardinalium mandatis non paruerint, ex tunc, prout ex eadem die, & contra aliorum officijs priuatos, necnon ad illa & alia Romanæ curiæ officia in posterum obtinenda inhabiles, ac ipsi ab eisdem officijs sic priuatis, etiam tamquam per priuationem vacantia a Datario nostro vendi, & quibusuis personis idoneis pro pretio conuenienti emi, libere & licite posse auctoritate nostra euent, nuntient, decernant, ac declarant, prout nos harum serie nuntiamus, decernimus & declaramus. Non obstantibus quibusuis constitutionibus Apostolicis, ac Pœnitentiariæ & curiarum, necnon tribunalium prædictorum statutis, ac etiam iuramento, & c. obortatis, priuilegijs quoque, indultis & litteris Apostolicis illis, ac dictis Officialibus & Tribunalibus sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis, etiam motu simili, & c. & alias quomodocumque concessis, & c. Quibus omnibus, & c. illorum tenores, & c. hac vice latissime derogamus, eaque aduersus præmissa nullatenus suffragari volumus: nontentque contrarijs quibuscumque.

Placet, Motu Proprio. I.

Dat. Romæ, apud S. Marcum, 4. Non. Aug. Ann. 1563.